

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1580

Autre(s) référence(s) : Fauroux 136

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : faux

Datation : 1055

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard autorise un clerc du nom de Tomort à donner à Saint-Ouen, au moment de prendre l'habit dans ce monastère, l'église de Saint-Victor en Caux. Il confirme cette donation de son sceau à la requête de l'abbé Nicolas.

L'abbaye de Saint-Victor en Caux sera soumise à celle de Saint-Ouen et ne pourra avoir d'abbé ou de prieur sans l'intervention de l'abbé de Saint-Ouen à qui appartient le personnat.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 911 (1). Pseudo-original ou copie figurée d'un faux

Éditions principales

a. Pommeraye Jean-François, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Ouen de Rouen*, Rouen, Lallemand, 1662, p. 448.

b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, instr., n° IX, col. 13.

c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°136, p. 311-312.

Indications

Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, instr., n° XI, col. 16. Beaurepaire Charles de, *Recueil de chartes concernant l'abbaye de Saint-Victor-en-Caux*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie, Mélanges ; 5e série), 1898, p. 335-337 et 341.

Dissertation critique

Pseudo-original ou copie figurée d'un faux, écriture du XIIe siècle. Voir le commentaire de FAUROUX, p. 311-312.

Texte établi d'après c

Guillelmus, Dei gratia dux Normannorum, omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint salutem. Sciant tam præsentem quam futuri, quod coram me, et assensu meo et Malgerii archiepiscopi, quidam nobilis clericus nomine Tomort æcclesiam suam Sancti Victoris de Caleto, quæ sua erat jure hereditario et absque calumpnia, cum omni patrimonio suo quod habebat in terris et in redditibus, æcclesiæ Sancti Audoeni eternaliter possidendam in elemosynam dedit, tempore domni Nicholai abbatis, ad habitationem monachorum Sancti Audoeni, et ipse cum nutritio suo, nomine Gisleberto, in eadem æcclesia monachus factus est. Rogavit enim me prefatus abbas Nicholaus ut auctoritate sigilli mei æcclesiæ Sancti Audoeni hoc confirmarem. Precibus vero ejus exauditis, sigillo meo pretaxata confirmavi æcclesiæ imperpetuum possidenda, et prohibui firma potentia sub forifectura .XXti. unciarum ducibus, et .XX. librarum Rotomagensibus archiepiscopis, ne aliquis, quod absit, hoc audeat infringere, vel prefata auferre vel minuere, sed inibi monachi Sancti Audoeni cum priore vel abbate, si forte per licentiam æcclesiæ Sancti Audoeni extiterit, serviant [Domino] Regi regum liberaliter sub tutela Sancti Audoeni et dominio [spiritu]ali. Et precipio quod nullus abbas electus au[t præpo]situs, aut prior ibi ingrediatur, nisi positione abbatis [Sancti] Audoeni, cujus personatus est et in æternum sit. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini .MLV. in urbe Rotomago, testibus Malgerio archiepiscopo, et Fulberto archidiacono, et Osberno dapifero.